




## U R B I S , E T O R B I S .



ANCTISSIMUS Dominus Noster CLEMENS PAPA XIII. inter multiplices Apostolatus sui curas , Sacrorum Rituum amplitudinem præ oculis habere non prætermittens pia meditatione perpendit ; quod quamvis compertum sit festis quibusvis diebus Ecclesiam jugi cultu Sacrosanctæ & individuae Trinitatis solennia colere , quum Deum ipsum , qui est Pater , & Filius , & Spiritus Sanctus rerum omnium opifex , & ad quem omnia reterenda sunt , in Festis quoque Deiparæ , & aliorum Sanctorum venerari , & glorificare profiteatur ; maximè tamen deceat Dominica die , quo Deus ipse lucem condidit , quo Jesus Christus à mortuis resurrexit , quo sedens ad dexteram Patris Paracletum Spiritum Sanctum misit de Coelis , quo proinde ineffabile , & incomprehensibile Trinitatis Mysterium manifestum factum est nobis , quemadmodum in Divino Officio tum ad Primam recitando Symbolum = *Quemque* , tum plerumque in ultimo Tertii Nocturni responsorio Augustissimæ Triadis sit commemoratio , idem , & in Missæ Sacrificio peragi , & in ea potissimum parte , qua contestamur dignum , & justum esse Deo gratias agere , Eumque collaudare , benedicere , & prædicare : Idcirco ad majorem , splendidioremque tanti Mysterii gloriam , ut Fideles quoque , qui die Dominico Missæ interesse debent latius , atque apertius Sacrosancti ejusdem Mysterii præconia audientes debitum , & ipsi servitutis obsequium supremæ impendant Majestati ; statuit , atque decernit , quod singulis Dominicis diebus totius anni , quibus Præfationes propriæ per rubricas non sunt adsignatæ , incipiendo à Dominica Sanctissimæ Trinitatis currentis anni M.DCC.LIX. Sacerdotes omnes utriusque Cleri Secularis nempè , atque Regularis Præfationem de Sanctissima Trinitate , quæ jam inde à vetustissimis temporibus in usu fuisse dignoscitur , in Missa recitare teneantur , & ita inviolabiliter observari mandavit. Hac die 3. Januarii 1759. -- D.F. Card. Tamburinus Præfectus. -- Loco ✠ Sigilli. -- M. Marfiscus S. R. C. Secretarius.

Jhs. Reimprimatur.  
Dr. Albornoz, Vic. Gen.



Deus igitur faciem condidit, quo Jesus & Spiritus sanctus  
etiam rursus faciem suam ad eum, quo prorsus  
etiam rursus faciem suam ad eum, quo prorsus

Sobre el Prefaci de la <sup>ma</sup> Trinitas  
enq<sup>da</sup> dies es deu diu

Engst dies es den die